



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conversio Peccatoris, Seu Modus quo Peccator communiter resurgit ad justitiam.

Lefelon, Antoine

Bruxellis, 1675

§. 7. Hactenus dicta intelliguntur justa neceßitate excepta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9433

diti hominis est unumquodque ut ipsum est, id est per modum congruum ipsius rei, ita de eo fidem capere atque tentare. Non enim de omnibus potest equalis certitudo & evidentia demonstrationis servari, & sunt hæc verba Philosoph. 2. Ethic. Disciplinati enim est in tantum certitudinem inquirere circa unumquodque genus, in quantum natura rei recipit.

§. VII.

Hactenus dicta intelliguntur justâ necessitate exceptâ.

HACTenus justam semper excepit necessitatem, sed quid eâ sepositâ faciendum sit, pro viribus quas Deus dedit, conatus fui exponere. Inquiri nunc dignum foret, quæ sit justa illa necessitas, & quomodo ob eam quæ hîc frequentior est, & suos gradus suscipit, hujus Sacramenti ministrationem oporteat moderari. Verùm dumtaxat nunc Appendici respondere constitui: quæ autem ob id hucusque protuli, priora sunt, neque inde dependent, & circa hæc adhuc fervet contentio, quam, eorum veritate manifestatâ & utrimque receptâ, optarim finire. Tum quippe concordibus animis & studiis ad alia quæ particularia magis

N

sunt

sunt, ac per hoc determinatu plerumque
difficiliora, securiùs licebit descendere.
Hoc unum nunc dico: hujus sicut &
aliorum Sacramentorum finis animarum
est salus, cui proinde eorum administra-
tio debet congruere, & ex qua hæc ne-
cessitas præcipuè est metienda, sic ut po-
tiùs nullitatis periculo Sacramentum,
quàm salutis discrimini anima expona-
tur.

C A P U T X V I .

*An juxta Decretum Alexandri VII. in admini-
stratione Sacramenti Penitentia Confessarius
contentus esse debeat attritione, sine omni
Dei propter se dilectione concepta?*

HOC eodem numero 270. ut vi-
dimus superiori capite, dubium
juris vult esse Appendix: *An re-
quiratur Attritio ex charitate, vel sine charitate,
tunc cum attritio, inquit, cum charitate sit ma-
teria certa, & sine charitate solùm probabilis &
dubia, sequitur ex doctrina hujus Auctoris contra
Decretum Alexandri VII. quòd hac Minister
contentus esse non possit.*

Quodnam hoc sit decretum, aliud co-
gitare non potui, quàm illud ab eodem
Ponti-